

Texte und Übersetzungen

Invitatorium

Deus in adiutorium meum intende
Domine ad adjuvandum me festina
Gloria Patri, et Filio,
et Spiritui Sancto:
Sicut erat in principio, et nunc, et semper,
et in saecula saeculorum.
Amen. Alleluja

Psalm 109

Dixit Dominus Domino meo:
Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuae
emittet Dominus ex Sion,
dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuae
in splendoribus sanctorum,
ex utero ante luciferum genui te.
Iuravit Dominus et non poenitebit eum:
tu es sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech.
Dominus a dextris tuis,
confregit in die irae suae reges.
Iudicabit in nationibus,
implebit ruinas, conquassabit capita
in terra multorum.
De torrente in via bibet,
propterea exaltabit caput.
Gloria Patri

Concerto

Nigra sum sed Formosa filiae Jerusalem.
Ideo dilexit me Rex et introduxit me
in cubiculum suum et dixit mihi:
Surge, amica mea, et veni.
Iam hiems transit,
imber abiit et recessit,
flores apparuerunt in terra nostra.
Tempus putationis advenit.

Invitatorium

O Gott, komm mir zu Hilfe.
Herr, eile mir zu helfen.
Ehre sei dem Vater und dem Sohn
und dem Heiligen Geist.
Wie es war im Anfang so auch jetzt und allezeit
und in Ewigkeit.
Amen. Alleluja

Psalm 109

So spricht der Herr zu meinem Herrn:
»Setze dich mir zur Rechten,
und ich lege dir deine Feinde als Schemel
unter die Füße.«
Vom Zion strecke der Herr das Zepter deiner
Macht aus, damit du herrschest inmitten deiner
Feinde!
»Dein ist die Herrschaft am Tage deiner Macht,
im Glanz der Heiligen; vor dem Morgenstern
habe ich dich gezeugt.« Der Herr hat
geschworen, und es wird ihn nicht gereuen:
»Du bist Priester auf ewig nach der Ordnung
Melchisedeks.«
Der Herr ist zu deiner Rechten;
er zerschmettert Könige am Tage seines Zorns.
Er wird richten unter den Völkern und sie
mit Zerstörung füllen; er wird Häupter
zerschmettern weit herum auf der Erde.
Vom Bach am Wege wird er trinken und
wiederum sein Haupt erheben.
Ehre sei dem Vater ...

Concerto

Schwarz bin ich, doch schön,
ihr Töchter Jerusalems.
Darum hat mich der König geliebt und mich
geführt in sein Gemach und er sprach zu mir:
Steh auf, meine Freundin, und komm.
Schon ist der Winter vergangen, der Regen
ist vorbei und versiegt, die Blumen sind
aufgegangen in unserem Land, die Zeit ist da,
die Bäume zu beschneiden.

Psalm 112

Laudate pueri Dominum. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc et usque in saeculum. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini. Excelsus super omnes gentes Dominus et super coelos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in coelo et in terra? Suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem, ut colloset eum cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum laetantem. Gloria Patri ...

Concerto

Pulchra es, amica mea, suavis et decora filia Jerusalem. Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte oculos tuos a me quia ipsi me avolare fecerunt.

Psalm 121

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in atriis tuis Jerusalem. Jerusalem, quae aedificatur ut civitas: Cujus participatio ejus in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: Testimonium Israel ad confitendum nomini Domini. Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David. Rogate quae ad pacem sunt Jerusalem: et abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua: Et abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos,

Psalm 112

Lobet, ihr Knechte, den Herrn. Der Name des Herrn sei gepriesen von nun an bis in Ewigkeit. Vom Aufgang der Sonne bis zu ihrem Niedergang sei der Name des Herrn gelobt. Hoch erhaben über alle Völker ist der Herr, und seine Ehre geht über alle Himmel hin.

Wer ist wie der Herr, unser Gott, der in der Höhe thront und auf das Niedrige sieht im Himmel und auf der Erde? Er erhebt den Elenden vom Boden, und aus dem Kot richtet er den Armen auf, um ihn zu den Fürsten seines Volkes zu setzen. Er lässt die Unfruchtbare als fröhliche Kindesmutter im Hause wohnen. Ehre sei dem Vater ...

Concerto

Schön bist du, meine Freundin, süße und liebliche Tochter Jerusalems. Schön bist du, meine Freundin, süß und lieblich wie Jerusalem, doch furchtbar wie die geordnete Schlachtreihe vor dem Lager. Wende ab deine Augen von mir, denn sie zwangen mich zu fliehn.

Psalm 121

Wie hab ich mich gefreut, da man mir sagte: »Nun pilgern wir zum Haus des Herrn.« Schon stehen wir, Jerusalem, in deinen Toren. Jerusalem, du Stadt, so prächtig aufgebaut, so festgefügt in dir!

Dorthin die Stämme pilgern, die Stämme des Herrn. So will es das Gesetz für Israel, um dort zu preisen deinen Namen. Dort stehn die Stühle zum Gerichte, des Hauses David Richterstühle. Erflehet denn Jerusalem, was ihm zum Frieden, und Wohlergehen allen, die dich lieben. In deinen Burgen herrsche Friede, und Überfluss in deinen Türmen. Um meiner Brüder und Freunde willen

loquebar pacem de te:
Propter domum Domini Dei nostri,
quaesivi bona tibi.
Gloria Patri...

Concerto

Duo Seraphim clamabant alter ad alterum:
Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Plena est omnis terra gloria eius.

Tres sunt, qui testimonium dant in coelo:
Pater, Verbum et Spiritus Sanctus.
Et hi tres unum sunt.
Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Plena est omnis terra gloria eius.

Psalm 126

Nisi Dominus aedificaverit domum,
in vanum laboraverunt qui aedificant eam.
Nisi Dominus custodierit civitatem,
frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite
postquam sederitis qui manducatis panem
doloris.
Cum dederit dilectis suis somnum:
ecce haereditas Domini, filii:
merces, fructus ventris.
Sicut sagittae in manu potentis:
ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit desiderium suum
ex ipsis:
non confundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.

Concerto

Audi coelum, verba mea,
plena desiderio
et perfusa gaudio.
...audio

Dic, quaeso, mihi:
Quae est ista, quae consurgens
ut aurora rutilat
ut benedicam?
...dicam

wünsch ich dir Heil.
Und um des Hauses unseres Herrn und Gottes
willen erlehe ich dein Bestes.
Ehre sei dem Vater...

Concerto

Zwei Seraphinen riefen einander zu:
Heilig ist Gott, der Herr der Scharen.
Voll ist die ganze Erde seiner Herrlichkeit.

Drei sind, die Zeugnis geben im Himmel:
Der Vater, das Wort und der Heilige Geist,
und diese drei sind eins.
Heilig ist Gott, der Herr der Scharen.
Voll ist die ganze Erde seiner Herrlichkeit.

Psalm 126

Baut nicht der Herr das Haus,
dann mühen sich umsonst, die daran bauen.
Bewacht nicht auch der Herr die Stadt, dann
wacht umsonst ihr Wächter.
Vergeblich ist es euch, früh aufzustehen und
spät noch umzugehen: Steht auf, in Schmerzen
euer Brot zu essen.
Gibt's seinen Erwählten doch der Herr im Schlaf.
Sieh, Söhne sind Geschenk des Herrn,
sein Segen: Leibesfrucht.
Wie Pfeile in der Hand des Helden
sind Söhne in der Kraft der Jugend.
Dem Manne Heil, der sich gefüllt mit ihnen
seinen Köcher;
er wird nicht schamrot stehen, wenn er
am Tor mit seinen Gegnern rechtet.

Concerto

Höre, Himmel, meine Worte
voller Sehnsucht
und durchströmt von Freude.
...ich höre

Sage mir, ich bitte dich:
Wer ist jene, die da heraufsteigt
und wie die Morgenröte leuchtet
damit ich sie preise?
...ich sage es

Dic nam ista pulchra
ut luna electa,
ut sol replet laetitia
terras, coelos, maria.
...Maria

Maria virgo illa dulcis,
praedicata de propheta Ezechiel
porta orientalis.
...talis

Illa sacra et felix porta,
per quam mors fuit expulsa,
introduxit autem vita.
...ita

Quae semper tutum est medium
inter homines et Deum,
pro culpis remedium.
...medium

Omnes,
Omnes hanc ergo sequamur
qua cum gratia mereamur
vitam aeternam.
Consequamur.
...sequamur

Praestet nobis Deus,
Pater hoc et Filius
et Mater praestet nobis.
Pater hoc
et Filius et Mater
cuius nomen invocamus dulce
miseris solamen.
...Amen

Benedicta es, virgo Maria,
in saeculorum saecula.

Sag es, denn jene Schöne
erfüllt wie der erwählte Mond
und wie die Sonne mit Freude
die Länder, die Himmel, die Meere.
...Maria

Maria ist jene süße Jungfrau,
gepriesen vom Propheten Ezechiel
als Pforte des Morgens.
...ja!

Jene heilige und selige Pforte,
durch die der Tod vertrieben wurde,
hat uns wieder zum Leben geführt.
...sie ist es!

Sie ist immer die sichere Mittlerin
zwischen den Menschen und Gott,
das Heilmittel für die Schuld.
...die Mittlerin

Alle,
Alle wollen wir ihr darum folgen,
daß wir mit ihrer Gnade
das ewige Leben erwerben.
Wir wollen ihr folgen.
...folgen wir!

Das verleihe uns Gott,
der Vater, und der Sohn,
und die Mutter gewähre es uns.
Das verleihe uns der Vater
und der Sohn und die Mutter,
deren süßen Namen wir anrufen
als Trost für die Unglücklichen.
...Amen

Gepriesen bist du, Jungfrau Maria,
in alle Ewigkeit.

Psalm 147

Lauda Jerusalem Dominum:
Lauda Deum tuum Sion.
Quoniam confortavit seras
Portarum tuarum:
Benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacem:
et adipe frumenti satiat te.
Qui emittit eloquium suum terrae:
velociter currit sermo ejus.
Qui dat nivem sicut lanam:
Nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit crystallum suam sicut buccellas:
ante faciem frigoris ejus quis sustinebit?
Emittet verbum suum, et liquefaciet ea:
flabit spiritus ejus, et fluent aquae.
Qui annuntiat verbum suum Jacob:
justitias et judicia sua Israel.
Non fecit taliter omni nationi:
et judicia sua non manifestavit eis.

Sonata sopra: Sancta Maria, ora pro nobis

Hymnus: Ave maris stella

Ave maris stella
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo
Felix caeli porta.

Sumens illud Ave,
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevae nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen caecis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos,
Mites fac et castos.

Psalm 147

Jerusalem, lobsing dem Herrn,
Lobpreise, Sion deinen Gott.
Er machte stark die Riegel
deiner Tore,
er hat gesegnet deine Söhne.
In deinen Grenzen schafft er Frieden,
er nährt dich mit dem Mark des Weizens.
Er sendet hin sein Wort zur Erde,
schnell wie der Wind eilt sein Gebot.
Schneeflocken wirft er hin wie Wolle,
den Reif streut er wie Asche aus.
Er schleudert hin sein Eis in Stücken,
vor seinem Frost, wer könnte da bestehen?
Er sendet aus sein Wort, da taut es;
es weht sein Wind, die Wasser rauschen.
Er gab sein Wort an Jacob kund,
sein Recht und sein Gebot an Israel.
So hat er keinem andern Volk getan
und keinem andern sein Gesetz verkündet.

Hymnus: Ave maris stella

1. Sei begrüßt, du Stern des Meeres.
gütige Mutter Gottes,
ewige Jungfrau,
selige Himmelspforte.
2. Die du das Ave empfängst
aus Gabriels Mund,
gib uns des Friedens Geist,
kehre Evas Namen um.
3. Löse die Fessel der Sünder,
Bring den Blinden das Licht,
Beseitige unsere Sünden
Erbitte für uns alles Gute.
4. Er zeige Dich als Mutter
durch dich empfangen unser Gebet,
der um unseretwillen
dein Sohn wurde.
5. Jungfrau, auserkoren.
mild vor allen,
mach uns von Sünden frei,
mild und keusch.

Vitam praesta puram
Iter para tutum,
Ut videntes Iesum,
Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritus Sancto,
Tribus honor unus. Amen

Magnificat (Lk 1,46–55)

Magnificat anima mea Dominum,
et exultavit spiritus meus
in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae,
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est,
et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in progenies
timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo,
dispersit superbos
mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum,
recordatus misericordiae suae.
Sicut locutus est ad patres nostros
Abraham et semini eius in saecula.

Gloria Patri ...

6. Gewähre uns ein reines Leben,
Bereite uns den sicheren Weg
Um Jesus zu sehen,
Wir werden immer frohlocken.

7. Lob sei Gott, dem Vater.
Ehre sei Christus, dem Allerhöchsten,
und dem Heiligen Geist,
ein Lobpreis sei den dreien. Amen.
Anonym, 11. Jh.

Der Lobgesang der Maria

Meine Seele preist die Größe des Herrn,
und mein Geist jubelt über Gott,
meinen Retter.

Denn auf die Niedrigkeit seiner Magd hat er
geschaut. Siehe, von nun an preisen mich selig
alle Geschlechter.

Denn der Mächtige hat Großes an mir getan,
und sein Name ist heilig.
Er erbarmt sich von Geschlecht zu Geschlecht
über alle, die ihn fürchten.
Er vollbringt mit seinem Arm machtvolle Taten:
Er zerstreut,
die im Herzen voll Hochmut sind;
er stürzt die Mächtigen vom Thron und erhöht
die Niedrigen.

Die Hungernden füllt er mit Gütern
und läßt die Reichen leer ausgehen.
Er nimmt sich seines Knechtes Israel an und
denkt an sein Erbarmen,
das er unseren Vätern verheißen hat,
Abraham und seinen Nachkommen auf ewig.

Ehre sei dem Vater ...